Brebe. 2. de 1699. Innocentius P. P. XII. ~~[struck]~~ 2

Ad futuram rei memoriam alias fel. rec. Innocentio Papa XI. prede
cessori nostro pro parte carissimi in Xpo filii nostri Caroli Hispaniarum
Regis Catholici exposito, qd. cum olim Aragonię Regnum a Mauris occupatum
fuisset, tunc existentes Xpti fideles dicti Regni ad Pirineos montes confuge
rant, ibiq. in eremo quodam congregati, primum ipsorum Regem elege
rant, qui Mauros expellere ceperat, subindeq. cla. mem. Santius in or
dine Regum huiusmodi dum vixit, Rex quartus, in eremo prefato Monasterium
Monachorum Claustralium ordinis S. Benedicti fundaberat, illudq. Abati
ali titulo insignitum ex de Regio dotaberat atq. inibi diu [illegible] portem Reges
resederant, quorum plurium cadabera in Monasterij huiusmodi Ecclesię S. Ioan
nis de la Peña nuncupatę sepulcris ennumerabant, proindeq. semper ipsum Mo
nasterium a succesorib. Regib. maximam veneratione habitum pluribusq. pri
vilegijs, et exemptionib. ditatum fuerat; porro cum anno MDCLXXV.
conspicuum hoc Monasterium ex incendio casuali fere totaliter combustum re
mansisset, memoratus Carolus Rex ne adeo insignis Cenobij memoria periret
redditus Abatię dicti Monasterij iure patronatus ipsius Caroli Regis (ut asse
rebatur) existentis per obitum illius ultimi possessoris paulo post secutum va
catis, in eiusdem Monasterij reedificationem, et restaurationem erogare de
creverat, prout eo usq. factum fuerat illisq. ad effectum huiusmodi tunc existen
tes Monachi Monasterij, quod etiam proprios redditus adiunxerant; et in
eadem expositione subiuncto animadversum fuisse redditum quo ad aplicationem
ac suspensionem provisionis dictę Abatię, ut prefertur, vacantis absq. huius Sanctę
Sedis beneplacito minime fieri potuisse, nec posse, ac propterea redditus predi
ctos in eandem causam ad decenium tunc proximum, intra quod inceptum
opus perfici posse credebat, erogari opus esse, idem Innocentius predecessor suppli
cationib. eiusdem Caroli Regis nomine sibi super hoc humiliter porrectis incli
natus. tunc existenti Epo. Iaccen. dedit in mandatis, ut rerum existentib. na
rratis erogationem redditum Abatię predic. in causam reedificationis dicti Monas
terij catenus secutam aprobaret, et dummodo utiliora, seu minus damnosa
media non superessent petitam facultatem erogandi in eandem causam pre
dictos redditus dictę Abatię ad decenium inde proximum tantum autoritate
Apca.

precib. suo ardito, et conscientia gratie impartiret, et alias, prout in eius-
dem Innocentij predecess. desuper in simili forma Brebis die XXVIIJ Mai MDC
LXXXXIX. expeditu literis quarum tenorem presentib. pro expressis haberi vo-
lumus uberius continet. Cum autem sicut idem Carolus Rex nobis nuper ex-
poni fecit tametsi predicte Innocentij predecessoris litere executioni demanda-
te fuerint nihil ominus huiusmodi fabrica perfeci alterius non potuerit qui-
nimo pro Eclesie quidem summam sex milium, pro Monasterij vero pre-
dictorum perfectione summam octo, vel circiter milium petiarum mone-
te illarum partium impendi adhuc oporteat, huiusq. Abatie redditus non ni-
si ad summam mile petiarum parium quotannis ascendant, nec quidquam
ultra summam huiusmodi et alias annuas ducentas petias similes, quas
Monachi prefati ex proprijs vestuarijs in causam predictam contribuunt,
atenta incolarum, earundem partium inopia, unde fabrica huiusmodi perfici
valeat, ulterius superat, ac proinde dic. Carolus Rex indultum a pre-
dic. Innocentio predecesore ad decenium, sicut premititur concesum ad
alios decem annos a nobis prorogari plurimum desideret. Nobis propte-
rea umiliter suplicari fecit, ut in premissis oportune providere, et ut in-
fra indulgere, de benignitate Apca. dignaremur. Nos igit. pro eiusdem Ca-
roli Regis desiderio, ac in re quantum cum Domino possumus favora-
biliter annuere volentes huiusmodi suplicationib. inclinati de Venerabilium fra-
trum nostrorum S.R.E. Cardinalium Concilij trident. interpretum con-
silio, et atenta relatione Venerabilis Fr. Josephi Archiepi. tesalon. nostri et
Apq. Sedis in Regnis Ispan. Nuntij super premisis ad eosdem Cardina-
les transmissa facultatem erogandi redditibus sup. dic. Abatie in causam
prenarratam ad decenium in vim predictarum Innocentij predec. lite-
rarum concesam, ut prefertur, ad alios decem annos ab ultima die prece-
dent. indulti computandos servata in reliquis predictarum Innocentij pre-
forma decesoris literarum forma, et dispone. autoritate Apostolica tenore presen-
tium extendimus, et ampliamus, ita tamen, ut idem Archiepus. moder-
nus, et pro tempore existens dic. Sedis in eisdem Regnis Nuntius pecunias
in expressam fabrice causam integre, et fideliter erogari curet, ac salva sem-
per in premissis autoritate Congregonis memoratorum Cardinalium. De-
cernentes easdem presentes literas firmas, validas, et eficaces existere, et
fore, suosq. plenarios, et integros efectus sortiri, et obtinere, ac illis ad
quos expectat, et pro tempore expectabit in omnib., et per omnia ple-

GOBIERNO DE ARAGON

nissime suffragari, sicque in premissis per quoscumque Iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatij Apostol. auditores Iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super iis a quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantib. premissis, nec non omnib. et similib. illis, quae memoratus Innocentius praedecessor voluit in suis literis supradict. non obstare, ceterisque contrarijs quibuscumque. Dat. Romae apud S. Mariam Maiorem sub annullo Piscatoris die xxij Maij MDCXXCIX. Pontus. Nostri anno octavo

Innocentius P.P. XI

Breve 1º de 1689.

Venerabilis F. Salutem, et Apam. ben. Nuper pro parte charissimi in Xpo. fili nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici nobis per dilectum filium nobilem virum Ludovicum de la Serda, y Aragon Marchionem de Cogulludo ipsius Caroli Regis apud nos, et sedem Apam. oratorem expositum fuit qd. cum olim Aragoniae Regnum a Mauris occupatum fuisset tunc existentes Christi fideles dict. Regni ad Pirineos Montes confugerunt ibique in ~~eremo quadam~~ congregati primum ipsorum Regem elegerunt, qui Mauros expellere cepit subindeque clarae memoriae Santius in ordine Regum huiusmodi dum vixit Rex iv. in eremo praefata Monasterium Monachorum Claustralium ordinis S. Benedicti fundavit, illudque Abatiali di. insignitum erexit, dotavit Regio, atque inibi diu Reges postea resederunt quorum per plurimum cadavera Monasterij huiusmodi ecclesiae S. Ioannis de la Peña nuncupatae sepulcris inumerant, proindeque semper ipsum Monasterium a dictis successorib. Regib. maxima in veneratione habitum, pluribusque privilegijs, et exemptionib. ditatum fuit; postremo cum anno MDCLXXV. conspicuum hoc Monasterium ex incendio casuali fere totaliter combustum remansisset, memoratus Carolus Rex, ne adeo insignis Cenobij memoria periret redditus Abatiae dict. Monasterij Iuris patronatus ipsius Caroli Regis existentis per obitum illius ultimi possessoris post secutum vacantis in eiusdem Monasterij reedificationem, et restaurationem erogari iussit, prout actenus factum fuit, ad effectum illius huiusmodi dilecti filij Monachi in Monasterio praedic. praesenti commorantes etiam proprios redditus adiunxerunt; cum autem sicut eadem expositio subiungebat animo Maiorum fuerit redditum huiusmodi applicationem, ac suspensionem prohibito-

nem provisionis dic. Abbatie, ut privilegii vacantis absq nostro et huius
S. Sedis beneplacito minime fieri potuisse, nec posse, ac preterea redditus
predictos in eandem causam ad decennium proximum intra qd. incoatum
opus perfeci posse redditus erogare necesse sit, nobis propterea eiusdem Caroli
Regis nomine per memoratum Ludouicum eius oratorem humiliter su
plicatum fuit ut in premissis oportune providere, et ut infra indulgere de
benignitate Apca. dignaremur; nos igit. pijs eiusdem Caroli Regis votis quantu
cum Domino possumus favorabiliter annuere cupientes huiusmodi supplicationib. in
clinati de Venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Conci
lij Trid. interpretum consilio, et attenta tua, et dilecti filij nostri Marce
li eiusdem S.R.E. Cardinalis Duratij nuncupati nostri et Apcae. Sedis Hispaniarum
Nuntij relationib. super premissis ad eosdem Cardinales transmissis fraterni
tati tue per presentes committimus, et mandamus, ut veris existentib. na
rratis erogationem redditum Abbatie predic. in causam aedificationis dic. Mo
nasterij actorum secutam approbes, et dummodo utiliora, seu minus damno
sa media non supersint petitam facultatem erogandi in eandem cau
sam prefatos redditus dic. Abbatie ad decennium proximum tua auctori
tate nostram Apcam. pro tuo arbitrio, et conscientia gratis impertia
ris, Non obstantib. premissis, ac constitutionib., et ordinationib. Apcis., nec non
Monasterij, et ordinis predictorum etiam iuramento, confirmatione Apca. vl.
quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinib. privilegijs quo
que indultis, et lris Apcis. in contrarium premissorum quomodolibet concessis con
firmatis, et innovatis, quib. omnib., et singulis illorum tenores pro plene
et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes illis a
lias in suo robore permansuris, ad premissorum effectum. ac vice duntaxa
at specialiter, et expresse derogamus ceterisq contrarijs quibuscumq
Datt. Romae apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die
XXVIIJ Maij MDCLXXXXIX Pontus. Nri. anno Decimoter
tio.

J. F. Albanus.

GOBIERNO DE ARAGON

Copias delos dos Brebes
Pontificios dela Confirmacion
de 2 decenas las Vacantes de esta
Abadia para la fabrica, Vno
del año 1689. y el otro de 1699.

con Relacion del Embax.r al Papa
dela ereccion del 1.º Rey en este Reyno,
su fundacion en el de Monast.º de Mon
ges claustrales de S. Benito 6 D. Sancho
el 4.º dela Reyes, dotacion, y de 14 ordeba
y s.es casas.

Caxo 1. — 14

lig. 1. — 2